ra sint tua protectione trãquilla

IAm quesumus dñe nobis
clementer ostẽde: vt simul nos a
peccatis omnib⁹ exuas: & a penis
quas pro his meremur benign⁹
eripias. Qui vivis & regnas.

HIdeliũ deus omniũ cõdi-
tor & redẽptor aiabus om
nium fideliũ defunctorũ remissio
nẽ cunctor tribue pctõr vt indul
gentiam quã semper optauerũt
pijs supplicationibus cõsequan-
tur. Qui vivis et regnas.

QIetate tua qs dñe nostror
solue vincula oim delicto-
rum: et intercedẽte beata & glori-

S.j.

ola semperq; virgine dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis nos famulos tuos ⁊ omnē populum catholicū in omni sanctitate custodi: omnesq; cōsanguinitate ac familiaritate vel ꝓfessione ⁊ oꝛatione nobis iunctos seu omnes chꝛistianos a vitijs purga: virtutib⁹ illustra. pacem ⁊ salutē nobis tribue: hostes visibiles ⁊ inuisibiles remoue: pestē et famē repelle: amicis ⁊ inimicis nostris caritatem largire: ⁊ omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium vitam et requiem eternam concede. Per.

PEr hoꝛum oīm sāctoꝛum angeloꝛū archāgeloꝛū pa

triarcharum prophetarū apostolorū euangelistarū martyrū confessorum atq; virginū ⁊ omnium electorum tuorū merita et intercessiões orationes ⁊ suffragia clemētissime deus infunde cordib⁹ nostris fontemq; lachrymarum vt possimus reatū conscientie nostre perfecte cognoscere : ⁊ valeamus cora̅ te delicta omnium factorū nostrorū ⁊ cōmissa fideliter accusare : et de eis tua misericordia prestante veniam perfectam habere. Per dñm nostrum.

Versus sancti Bernardi.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte : nequādo dicat inimic⁹ me⁹ : pre-

ualui aduersus eū. In manꝰ tu
as dñe cōmendo ſpiritū meum:
redemiſti me dñe deus veritatis.
Locutꝰ ſum in lingua mea: no
tum fac michi dñe finē meū. Et
numerū dierꝝ meorū quis eſt: vt
ſciam q̄d deſit michi. Dirupiſti
dñe vincula mea/tibi ſacrificabo
hoſtiā laudis: & nomē dñi īuoca-
bo. Q eriſt fuga a me: & non eſt q̄
requirat animā meā. Clamaui
ad te dñe dixi tu es ſpes mea: por
tio mea in terra viuētium. Fac
mecū ſignū in bono vt videant q̄
oderūt me et confundant/ qm̄ tu
dñe adiuuiſti me & conſolatꝰ es me.
Ieſu fili dei oīm conditor adiu-
ua me: vt in vanis cogitationibꝰ

nō delecter. Pater nr̄. Aue ma.

Iesu fili dei qui coram iudice tacuisti / tene linguā meā donec cogitem qualiter & q̄d loquar. Pater noster. Aue maria.

Iesu fili dei qui ligat⁹ fuisti / rege manus meas: et oia membra mea vt opera mea tendāt ad bonū finē. Pater noster. Aue ma.

PEto dñe iesu largire mihi in amore tuo modum sine mensura: affectum sine modo languorem sine ordine: ardorem sine discretione. Amen.

¶ Sequunt vigilie Defunctorū Añ Placebo. Psalmus.

Dilexi qm̄ exaudi-
et dn̄s:
vocē orōis mee
Quia inclina
uit aurez suam
michi: ⁊ in die-
bus meis inuo
cabo. Circun-
dederunt me dolores mortis: et
pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationē ⁊ dolorē īueni: ⁊
nomen dn̄i inuocaui O dn̄e libe
ra animā meā misericors dn̄s et
iustus: ⁊ de⁹ noster miseret̄. Cu
stodiens paruulos dn̄s: humilia
tus sum ⁊ liberauit me. Cōuer-
tere aīa mea ī requiē tuā: q̄a dn̄s

bñfecit tibi. Quia eripuit aiam
meã de morte: oculos meos a la-
chrymis: pedes meos a lapsu.
℣. Placebo dño in regione viuorũ
℟. Requiẽ eternã dona eis dñe: et
lux ꝑpetua luceat eis. Añ. ℣. Place
bo dño ĩ regione viuorũ. Añ. Heu
AD dñm cũ tri- (me. ℣s.
bularer clamaui: ⁊ exau-
diuit me. ℣. Dñe libera animam
meã a labijs iniqs: ⁊ a lingua do
losa. ℟. Quid det tibi aut qd appo
natur tibi: ad lĩguã dolosã. ℣. A
gitte potẽtis acute: cũ carbonib⁹
desolatorijs. ℟. Heu michi qa inco
latus meus prolongat⁹ est habi-
taui cũ habitãtib⁹ cedar: multũ
incola fuit aia mea. ℣. Cũ his qui

s. itij.

oderũt pacẽ erã pacificus: cum lo
quebar illis ĩpugnabãt me gratis
Requiẽ. Añ. Heu me q̃a ĩcolatus
meus ꝓlõgatus est. Añ. Dñs. ps.
Leuaui oculos meos ĩ mõ-
tes: vnde veniet auxilium
michi. Auxiliũ meũ a dño: q̃ fe-
cit celũ ⁊ terrã. Nõ det in cõmo-
tionẽ pedẽ tuũ: neq; dormitet qui
custodit te. Ecce nõ dormitabit
neq; dormiet: qui custodit israel.
Dñs custodit te dñs ꝓtectio tua
sup manũ dexterã tuã. Per diẽ
sol nõ vret te: neq; luna per noctẽ
Dñs custodit te ab oĩ malo: cu-
stodiat aĩam tuã dñs. Dñs cu-
stodiat introitũ tuũ ⁊ exitũ tuũ:
ex hoc nũc ⁊ vsq; ĩ scl'm. Requiẽ.

Añ. Dñs custodit te ab oi malo
custodiat aiam tuã dñs. Añ. Si
iniquitates. Psalmus.

DE pfundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocẽ meã
fiant aures tue intẽdentes: in
vocẽ deprecationis mee. Si ini-
qtates obseruaueris dñe: dñe qs
sustinebit Quia apud te ppicia
tio est: & propter legẽ tuã sustinui
te dñe Sustinuit aia mea in ver
bo eius: Sperauit aia mea in dño
A custodia matutina vsq; ad no-
ctem: speret israel in dño. Quia
apud dñm misericordia: & copio-
sa apud eũ redẽptio. Et ipse re-
dimet israel: ex oibus iniqtatib⁹
eius. Requiẽ. Añ. Si iniquitates

obſeruaueris dñe: dñmine quis ſuſtinebit. Añ. Opera. Pſalmus.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qñ audiſti verba oris mei. In cõſpectu angelorũ pſallã tibi: adorabo ad templũ ſanctũ tuũ & cõfitebor nomini tuo. Super mia tua et veritate tua: qñ magnificaſti ſup omne nomẽ ſãctũ tuũ. In quacũq; die ĩuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ Confiteãtur tibi dñe oẽs reges terre: quia audierunt oĩa verba oris tui. Et cantent in viis dñi: qñ magna eſt glia dñi. Qñ excelſus dñs et humilia reſpicit: et alta a lõge cognoſcit. Si ambu

lauero in medio tribulatiõis vi-
uificabis me: ⁊ sup irã inimicorũ
meoꝝ extendisti manũ tuã: ⁊ sal
uum me fecit dextera tua. Dñs
retribuet ꝓ me dñe misericordia
tua in seculũ: opera manuũ tua-
rum ne despicias. Requiẽ. Añ.
Opera manuũ tuarũ ne despicias
dñe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue do
mine aĩas eorũ. Añ. Audiui vocẽ.
Magnificat aĩa mea dñm.
Et exultauit spũs meꝰ:
in deo salutari meo Quia respe
xit humilitatem ancille sue: ecce
enĩ ex hoc beatã me dicent oẽs ge
neratiões. Quia fecit michi ma
gna q̃ potẽs est: ⁊ sctm̃ nomẽ eiꝰ.
Et misericordia eius a ꝓgenie ĩ

progenies timentibus eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mēte cordis sui. Deposuit potentes dē sede: & exaltauit hūiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit ianes. Suscepit israel puerū suū: recordat⁹ mīe sue. Sicut locut⁹ est ad pātes nr̄os: abrahā & semini ei⁹ in scla. Requiē. Audiui vocē de celo dicentē: beati mortui qui in dño moriuntur. Kyrieleyson. Christe leyson. Kyrieleyson. Pater nr̄. Laūda aia mea dñm laudabo dñm in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere in principib⁹ in filijs hoīm in q̄bus nō est salus. Ex-

bit spiritus eius ⁊ reuertet in ter-
ram suā: ī illa die peribūt oēs co-
gitatiōes eoꝝ. Btūs cuius deus
iacob adiutor eius spes ei⁹ in dño
deo ipsius q̄ fecit celū ⁊ terrā: ma
re ⁊ oīa que in eis sūt Qui custo
dit veritatē in sc̄lm / facit iudiciū
iniuriā patiētibus: dat escā esuri
entibus. Dñs soluit cōpeditos:
dñs illūinat cecos. Dñs erigit
elisos: dñs diligit iustos. Dñs
custodit aduenas pupillū ⁊ vidu
am suscipiet: ⁊ vias pctōꝝ disper-
det. Regnabit dñs in sc̄la de⁹ tu
us syō: in generatiōe ⁊ generatio
nem. Requiē. v⁹. A porta inferi
℟. Erue dñe aīas eoruz. v. Credo
videre bona dñi. ℟. In terra viuē-

tium. Dñe exaudi. Et cla. Oꝛem⁹.

DEus cui ꝓpꝛiũ est miserꝛi ⁊ parcere te supplices deꝓcamur ꝓ aĩa famuli tui N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eã in manꝫ hꝰ ĩimici nec obliuiscaris in finẽ: sed iubeas illã ab ãgelis sctis suscipi atꝙ ad regionẽ viuoꝛũ ꝓduci: ⁊ ꝙa ĩ te sperauit ⁊ credidit: sãctoꝛ tuoꝛ mereaꝫ societate letari

DEus cui ꝓpꝛiũ (Per. est misereri semper ⁊ parcere ꝓpiciare aĩabus famuloꝛũ famularumꝙ tuarum/ ⁊ omnia eoꝛũ peccata dimitte: vt moꝛtis vinculis absoluti/ transire mereantur ad vitam. Per chꝛistum.

Deus indulgẽtiaꝝ dñe. da anime famuli vel famule tue N. cui⁹ ãniuersariũ depositionis diẽ ꝯmemoram⁹: refrigerij sedem/quietis beatitudinem/luminis claritatem. Per.

Deus q̃ ĩter apostolicos sacerdotes famlos tuos põtificali dignitate cẽseri fecisti. presta q̃s vt quorum vicem ad horã gerebãt in terris: eorũ ꝑpetuo cõsortio letentur in celis. Per.

Deus venie largitor et humane salutis autor: quesumus clementiam tuam vt nostrarũ cõgregationũ fratres ⁊ sorores q̃ ex hoc seculo transierunt: intercedẽte beata maria semper

virgine ⁊ beato michaele archā-
gelo cū omnibus sanctis tuis ad
perpetue beatitudinis consoꝛtiū
peruenire concedas. Per.

HIdeliū deus omniū con-
ditoꝛ ⁊ redemptoꝛ anima
bus famuloꝛū famularūq; tuaꝝ
⁊ omniū fidelium defunctoꝛū re-
missionem cunctoꝛū tribue pecca
toꝛum vt indulgētiam quā sem-
per optauerunt/ pijs supplicatio
nibus consequantur. Qui cū deo
patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ re.
⁊c. An. Dirige. Psalmus.

VErba mea auribus perci
pe dñe: itellige clamoꝛem
meum. Intende voci oꝛationis
mee: rex meus ⁊ deus me⁹. Quñ

ad te orabo dñe: mane exaudies
vocē meam. Mane astabo tibi ⁊
videbo: qm̄ nō deꝰ volens iniq̄ta
tē tu es. Neq; habitabit iuxta te
malignus: neq; permanebūt īiu
sti ante oculos tuos. Odisti oēs
qui operant̄ iniquitatem: perdes
oēs qui loquunt̄ mendaciū. Vi
rum sanguinū ⁊ dolosū abomi-
nabitur dñs: ego aūt in multitu
dine mīe tue. Introibo ī domū
tuā: adorabo ad templū sāctum
tuū in tīore tuo. Dñe deduc me
in iusticia tua ꝓpter inimicos me
os: dirige in cōspectu tuo viā me-
am Quoniā non est in ore eorū
veritas: cor eorū vanū est. Se-
pulchrū patēs est guttur eorum

t.j.

linguis suis dolose agebãt: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secũdũ multitudinẽ ipietatũ eoꝝ expelle eos: qm̃ irritauerunt te dñe. Et letentur oẽs qui sperant in te: in eternum exultabũt ⁊ habitabis ĩ eis. Et gloriabunt in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ: qm̃ tu benedices iusto Domine vt scuto: bonevolũtatis tue coronasti nos. Requiem Añ. Dirige dñe de⁹ me⁹ in cõspectu tuo viã meã. Añ. Conuertere. ℣s. Domine ne ĩ furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirm⁹ sum: sana me dñe qm̃ ⁊turbata sunt ossa mea. Et aia

mea turbata est valde: sed tu dñe
vsq; quo. Cõuertere dñe ⁊ eripe
aiam meã: saluũ me fac propter
miam tuã. Qm̃ nõ est in morte
qui memor sit tui: in inferno aũt
q̃s ꝯfitebit̃ tibi. Laboraui in ge
mitu meo lauabo ꝑ singulas no
ctes lectũ meum: lachrymis meis
stratũ meũ rigabo. Turbat⁹ est
a furore ocul⁹ me⁹: inueteraui in
ter oẽs ĩimicos meos. Discedite
a me oẽs q̃ opamini iniq̃tatẽ: qm̃
exaudiuit dñs vocem fletus mei.
Exaudiuit dñs depcationẽ me-
am: dñs orationẽ meam suscepit
Erubescãt ⁊ ꝯturbent̃ vehemẽ-
ter oẽs inimici mei: cõuertãtur et
erubescãt valde velociter. Req̃ẽ.

t.ij.

Añ. Conuertere dñe & eripe aiam meã: quoniam non est in morte qui memor sit tui. Añ. Nequãdo. ps.

DOmine deꝰ meꝰ in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequẽtibus me & libera me. Nequãdo rapiat vt leo animam meã: dũ non est q̃ redimat neq; qui saluũ faciat. Dñe deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibꝰ meis. Si reddidi retribuẽtibꝰ michi mala: decidã merito ab inimicis meis ianis Persequat inimicꝰ aiam meã & cõprehendat/& conculcet in terra vitã meam: & gloriã meã in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: & exaltare in finibꝰ inimicorũ meo

rum. Et exurge dñe deus meus
in precepto qđ mandasti: ⁊ syna=
goga populorũ circũdabit te Et
ꝓpter hãc in altũ regredere: dñs
iudicat ppl̃os Iudica me dñe se
cundũ iusticiã meã: ⁊ scđm inno=
centiã meã super me. Cõsumet̃
neq̃cia peccatorũ ⁊ diriges iustũ:
scrutãs corda ⁊ renes deus. Iu=
stũ adiutoriũ meũ a dño: qui sal
uos facit rectos corde. Deus iu=
dex iustus fortis ⁊ patiẽs: nunq̃d
irascet̃ ꝑ singulos dies. Nisi cõ=
uersi fueritis gladiũ suum vibra
uit: arcũ suũ tetendit ⁊ parauit il
lum. Et in eo parauit vasa mor
tis: sagittas suas ardẽtib⁹ effecit.
Ecce parturit iniusticiã cõcepit

dolorē: ⁊ peperit iniq̄tatē. Lacū
aperuit ⁊ effodit eum: ⁊ incidit in
foueā quā fecit. Cōuertet̄ dolor
eius in caput ei⁹: ⁊ in verticē ipsi⁹
iniq̄tas eius descendet. Confite
bor dño scd̄m iusticiā ei⁹: ⁊ psallā
noī dñi altissimi. Requiem. Añ
Nequādo rapiat vt leo animā meā
dū non est qui redimat neq; qui sal-
uū faciat. ℣. A porta īferi. ℟. Erue
domine animas eorum. Pater no-
ster. Et ne nos. Lectio prima.
Parce michi dñe: nichil enī
sunt dies mei Quid est ho
mo q̄a magnificas eū: aut q̄d ap
ponis erga eū cor tuū: Visitas eū
diluculo: ⁊ subito ꝓbas illū. Usq;
quo nō parcis mihi: nec dimittis

me vt glutiã saliuã meã: Pecca-
ni. Quid faciã tibi o custos hoiz:
Quare posuisti me cõtrariũ tibi:
et factꝰ sũ michimetipsi grauis:
Cur nõ tollis peccatũ meũ: ⁊ qua
re non aufers iniqtatẽ meã: Ecce
nunc in puluere dormio: ⁊ si ma-
ne me quesieris nõ subsistam. ℟.
Credo qꝺ redẽptor meus viuit: et in
nouissimo die de terra surrecturus
sum. Et in carne mea videbo deum
saluatorem meum. ℣. Quem visu-
rus sum ego ipse et non alius: ⁊ ocu
li mei conspecturi sunt. Et in carne
mea videbo deum saluatorem me-
um.

Lectio secunda-

TEdet aiam meã vite mee
dimittã aduersũ me elo-

quiũ meũ. Loquar ĩ amaritudi-
ne aĩe mee: dicã deo/noli me ꝯdẽ-
nare. Indica michi: cur me ita iu
dices? Nunq̃d bonũ tibi videtur
si calũnieris ⁊ opprimas me op⁹
manuũ tuarũ: ⁊ consiliũ impioꝝ
adiuues? Nunquid oculi carnei
tibi sunt: aut sicut videt homo et
tu vides? Nunq̃d sicut dies hoĩs
dies tui: ⁊ anni tui sicut humana
sunt tempora? Ut queras iniqui
tatẽ meã ⁊ peccatũ meũ scruteris
Et scias q̃a nichil impiũ fecerim
cũ sit nemo qui de manu tua pos
sit eruere. ℟. Qui lazarum resusci
tasti a monumento fetidũ: Tu eis
dñe dona requiẽ ⁊ locũ indulgentie
℣. Qui venturus ẽs iudicare viuos

ℭ mortuos et seculū per ignem. Tū
eis domine dona requiem et locum
indulgentie. Lectio tertia.
MAnus tue dñe fecerūt me
ℭ plasmauerunt me totū
in circuitu: ℭ sic repēte p̄cipitas
me. Memento quesο q̄ sicut lutū
feceris me: et in puluerē reduces
me. Nōne sicut lac mulsisti me: ℭ
sicut caseū me coagulasti. Pelle ℭ
carnib⁹ vestisti me: ossibus ℭ ner
uis cōpegisti me. Vitā et miseri-
cordiam tribuisti michi: et visita
tio tua custodiuit spiritū meū. ℣
Dñe quādo veneris iudicare terrā:
vbi me abscondam a vultu ire tue:
Quia peccaui nimis in vita mea. ℣
Cōmissa mea pauesco/ ℭ ante te eru

besco: dū veneris iudicare noli me cō
demnare. Quia peccaui nimis in vi
ta mea. Añ. In loco. Psalmus.
Dominꝰ regit me et nichil
michi deerit: ī loco pascue
ibi me collocauit Super aquam
refectiōis educauit me: animam
meam cōuertit. Deduxit me su
per semitas iusticie: ppter nomē
suum Nam ⁊ si ambulauero in
medio vmbre mortis: nō timebo
mala quoniā tu mecū es. Vir-
ga tua ⁊ baculus tuꝰ: ipsa me con
solata sunt. Paraſti in cōspectu
meo mensā: aduersus eos qui tri
bulāt me. Impinguaſti in oleo
caput meū: ⁊ calix meꝰ inebriās
q̄ preclarꝰ est. Et mia tua subseq̄t

me: oīb⁹ dieb⁹ vite mee Et vt īha
bitē ī domo dñi: ī lōgitudinē dieꝝ
Req̄ē. Añ. In loco pascue ibi me
collocauit. Añ. Delicta. Psalmus
AD te leuaui aīaꝫ meā: de
us me⁹ in te confido non
erubescā. Neq̄ irrideāt me īimi
ci mei: etenim vniuersi q̄ sustinēt
te non ꝯfundent̄. Confundant̄
oēs īiqua agētes: supuacue. Vi
as tuas dñe demōstra mihi: ⁊ sei
tas tuas edoce me. Dirige me ī
vitate tua ⁊ doce me q̄a tu es de⁹
saluatoꝛ me⁹: ⁊ te sustīui tota die
Reminiscere miserationū tuaꝝ
dñe: ⁊ misericoꝛdiaꝝ tuaꝝ q̄ a se=
culo sūt. Delicta iuuētutis mee
⁊ ignoꝛātias meas ne meminer⁹

Secundū misericordiā tuā me-
mēto mei tu: ppter bonitatē tuā
dñe. Dulcis ⁊ rect⁹ dñs: ppter
hoc legē dabit delīquētib⁹ in via
Diriget mansuetos in iudicio:
docebit mites vias suas. Uni-
uersę vie dñi mia⁊ veritas: requi
rentibus testamentū eius ⁊ testi-
monia ei⁹. Propter nomen tuū
dñe propiciaberis pctō meo: mul
tum est enim. Quis est homo q̄
timet dñm: legem statuit ei in via
quā elegit. Anima ei⁹ in bonis
demorabit: ⁊ semen ei⁹ hereditā-
bit terrā. Firmamentū est dñs
timētib⁹ eū: ⁊ testamentū ipsius
vt manifestetur illis. Oculi mei
sēper ad dñm: qm̄ ipse euellet de

laqueo pedes meos. ℟ elspice in me ℣ miserere mei: quia vnicus ℣ pauper sum ego. ℣ tribulatiões cordis mei multiplicate sunt: de necessitatib⁹ meis erue me. ℣ ide humilitatẽ meã ℣ laborẽ meũ et dimitte vniuersa delicta mea. ℟ elspice ĩimicos meos qm̃ multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. ℣ ustodi animã meã ℣ erue me: nõ erubescã qm̃ sperauí in te. ℣ nnocentes ℣ recti adhesérunt mihi: qa sustinui te. ℣ ibera deus israel: ex oĩb⁹ tribulatiõnibus suis. ℟ equiẽ. Añ. Delicta iuuẽtutis mee: ℣ ignorãtias meas ne memineris domine. Añ. Credo videre.

Psalmus.

Dominꝰ illuminatio mea
& salꝰ mea quem timebo.
Dñs protector vite mee: a quo trepidabo. Dū approprīāt sup me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me īimici mei: ipsi infirmati sūt & ceciderūt Si consistāt aduersū me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prelīū: i hoc ego sperabo Unā petij a dño hāc requirā vt inhabitē in domo dñi: oībus diebus vite mee. Ut videā voluntatē dñi: & vilitē templū eiꝰ Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die malox protexit me in absco-dito tabernaculi sui In petra exaltauit me & nūc exaltauit caput

meũ sup inimicos meos. Circui
ui ⁊ immolaui in tabernaclo ei⁹
hostiam vociferationis cãtabo ⁊
psalmũ dicam dño Exaudi dñe
vocẽ meã qua clamaui ad te: mi-
serere mei ⁊ exaudi me. Tibi di
xit coꝛ meũ exq̃siuit te facies mea
faciẽ tuam dñe req̃rã. Nõ auer-
tas faciẽ tuã a me: ne declines in
ira a seruo tuo Adiutoꝛ me⁹ esto
ne derelinquas me: neq̃ despici-
as me deus salutaris me⁹. Qm̃
pater meus et mater mea dereli-
querunt me: dñs autẽ assumpsit
me. Legẽ pone michi dñe in via
tua ⁊ dirige me in semita recta ꝓ
pter inimicos meos Ne tradide
ris me in aĩas tribulantium me

quoniã insurrexerũt in me testes iniqui: ⁊ mẽtita est iniquitas sibi Credo videre bona dñi: in terra viuẽtiũ. Expecta dñm viriliter age: confortetur cor tuũ ⁊ sustine dñm. Requiem. Añ. Credo videre bona dñi in terra viuẽtium. ℣ In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditiõe mala nõ timebit. Pater noster. Lectio quarta.

Quantas habeo iniq̃tates ⁊ peccata: scelera mea atq; delicta ostende mihi. Cur faciem tuam absc̃ondis: ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ: Contra foliũ quod vento rapitur ostẽdis potẽtiã tuam: ⁊ stipulam siccã persequeris. Scribis enim contra me amari-

tudines: ⁊ cõsumere me vis pecca
tis adolescentie mee. Posuisti in
neruo pedẽ meũ: ⁊ obseruasti om
nes sẽitas meas: ⁊ vestigia pedũ
meorũ cõsiderasti. Qui quasi pu
tredo consumendus sum: ⁊ qua-
si vestimẽtũ quod comeditur a ti
nea. ℟. Heu michi dñe quia pecca-
ui nimis i vita mea quid faciã miser
vbi fugiã nisi ad te deus me⁹ mise-
rere mei. Dũ veneris in nouissimo
die. ℣. Anima mea turbata est val
de: sed tu dñe succurre ei. Dũ vene-
ris in nouissimo die. Lectio. v.

HOmo nat⁹ de muliere bre
ui viuens tẽpore repletur
multis miserijs. Qui quasi flos
egredit ⁊ cõteritur: ⁊ fugit velut

vmbra: & nunq̃ in eodē statu per
manet. Et dignū ducis super hu
iuscemodi aperire oculos tuos: &
adducere eū tecū i iudiciū. Quis
potest facere mūdū de imūdo cō-
ceptū scie? Nōne tu q̃ sol⁹ es? Bre
ues dies hominis sunt: nūer⁹ mē
siū eius apud te est. Constituisti
terminos eius: q̃ pteriri non pote
runt. Recede ergo paululū ab eo
vt q̃escat donec optata veniat: et
sicut mercēnarij dies eius. ℣. Ne
recorderis peccata mea dñe. Dū ve-
neris iudicare seculum per ignē. ℣.
Dirige domine deus meus: in con-
spectu tuo viā meā. Dū veneris iu
dicare seculū per ignē. le. vs
Quis michi hoc tribuat vt

in inferno protegas me & abscon
das me donec pertranseat furor
tuus. Et constituas michi tempꝰ
in quo recorderis mei: Putas ne
mortuus homo rursum viuat.
Cunctis diebus quibus nunc mi
lito expecto donec veniat immu-
tatio mea. Vocabis me: & ego re-
spõdebo tibi. Operi manuũ tua
rum porriges dexterã. Tu quidẽ
gressꝰ meos dinumeraſti: ſed par
ce peccatis meis. ℟. Domine ſecũ
dum actum meum noli me iudicare
nichil dignum in conſpectu tuo egi.
Ideo deprecor maieſtatem tuam vt
tu deus deleas iniquitatem meam.
℣. Amplius laua me domine
ab iuſticia mea et a delicto meo mũ

da me quia tibi soli peccaui. Ideo deprecor maiestatem tuam vt tu de us deleas iniquitatem meam. Añ Complaceat. Psalmus.

Expectãs expectaui dñm: ⁊ intendit michi. Et exaudiuit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petrã pedes meos: ⁊ direxit gressus meos. Et imisit in os meũ canticum nouũ: carmẽ deo nostro Uidebũt multi ⁊ timebũt: ⁊ sperabũt in dño. Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eius: ⁊ nõ respexit in vanitates et insanias falsas Multa fecisti tu dñe deꝰ mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis nõ est q̃ similis sit ti-

bi. Annunciaui & locutus sum multiplicati sunt super numerũ
Sacrificium et oblationem noluisti: aures autẽ perfecisti michi
Holocaustũ & pro peccato nõ postulasti tunc dixi ecce venio. In
capite libri scriptũ est de me vt facerem volũtatem tuã deus meus
volui: & legẽ tuã in medio cordis
mei. Annũciaui iusticiã tuã in
eccl'ia magna: ecce labia mea non
prohibebo dñe tu scisti. Iusticiã
tuã nõ abscõdi in corde meo: veritatẽ tuã & salutare tuũ dixi. Nõ
abscõdi miam tuã & veritatẽ tuã
a cõcilio multo. Tu aũt dñe ne
lõge facias miserationes tuas a
me: misericordia tua & vitas tua

semp susceperũt me. Q m̃ circũ-
dederũt me mala quoꝝ nõ est nu
merus: cõprehenderũt me iniq̃ta
tes mee: ⁊ non potui vt viderem.
Multiplicati sũt sup capillos ca
pitis mei: ⁊ coꝛ meũ dereliq̃t me.
Cõplaceat tibi dñe vt eruas me
dñe ad adiuuandum me respice.
Confundãt̃ ⁊ reuereant̃ simul:
qui querũt aĩam meã vt auferãt
eam. Conuertant̃ retroꝛsũ ⁊ re-
uereant̃ qui volunt michi mala.
Ferãt cõfestim cõfusionẽ suã: q̃
dicũt michi euge euge. Exultẽt
⁊ letent̃ sup te oẽs querentes te: ⁊
dicãt semp magnificet̃ dñs: q̃ di-
ligũt salutare tuũ. Ego aũt mẽ
dicus sum ⁊ pauper: dñs sollicit⁹

est mei. Adiutor mes et protector
mes tu es: des mes ne tardaueris
Requiē. Añ. Cōplaceat tibi dñe
vt eruas me: dñe ad adiuuādū me
respice. Añ. Sana. Psalmus.
Beatus qui intelligit super
egenū et pauperē: in die ma-
la liberabit eū dñs Dñs seruet
eū et viuificet eū: et btm̄ faciat eū i
terra: et nō tradat eū in aīam imi-
micor eius Dñs opē ferat illi sup
lectū doloris eius: vniuersū stratū
eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi dñe miserere mei sana
aīam meā qa peccaui tibi. Ini-
mici mei dixerūt mala michi: qñ
morietur et pibit nomē eius. Et si in
grediebat vt videret vana loqba

tur cor eius congregauit iniquitatem sibi. Et egrediebatur foras & loquebatur in idipsū. Aduersum me susurrabant oēs inimici mei: aduersū me cogitabāt mala mihi. Uerbū iniquū constituerunt aduersū me: nunquid q̄ dormit nō adijciet vt resurgat. Et enim homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos: magnificauit super me supplātationem Tu autē dñe miserere mei & resuscita me & retribuā eis In hoc cognoui quoniā voluisti me: quoniā nō gaudebit inimic⁹ me⁹ super me. Me autē p̄opter innocētiam suscepisti: & cōfirmasti me in cōspectu tuo in eternū. Bene-

dictus dñs deus israel a seculo et in seculū: fiat fiat. Requiē. Añ. Sana dñe animā meā: quia peccaui tibi. Añ. Sitiuit. Psalmus. Quemadmoduz desiderat ceruus ad fontes aquarū ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuum: quando veniā ⁊ apparebo ante faciē dei. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recoꝛdatus sum ⁊ effudi in me aīam meā: quoniā trālibo in locū tabernaculi admirabilis: vsqꝫ ad domum dei. In voce exultationis ⁊ confessionis: sonus epulantis. Quare tristis

es anima mea: & quare cõturbas me ✠ pera in deo quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultꝰ mei & deus meꝰ. Ad meipsũ anima mea cõturbata est propterea memor ero tui de terra iordãis & hermonij a mõte modico. Abyssus abyssũ inuocat: ĩvoce catharactarũ tuarũ. Omnia excelsa tua et fluctus tui sup me trãsierũt In die mãdauit dñs miam suam: & nocte canticũ eiꝰ. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meꝰ es Quare obliviscꝰ es mei & quare contristatꝰ incedo: dũ affligit me inimicꝰ. Dum confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi: qui tribulãt me inimici mei.

Dum dicũt michi per singulos
dies: vbi est deꝰ tuꝰ. Quare tri-
stis es aia mea: & quare cõturbas
me. Spera in deo qm̃ adhuc & fi
tebor illi: salutare vultꝰ mei & deꝰ
meus. Requiẽ. Añ. Sitiuit aia
mea ad deũ viuũ quãdo veniã & ap
parebo ante faciẽ dñi. ℣. Requiem
eternã dona eis dñe. Et lux. Pater
noster. Et ne nos. Lectio. vij.
Spiritus meus attenuabi-
tur: dies mei breuiabunt
& solũ michi sux est sepulchꝝ. Nõ
peccaui: & in amaritudinibꝰ mo-
rat oculus meꝰ Libera me dñe &
pone me iuxta te: & cuiuslibet ma-
nus pugnet cõtra me. Dies mei
transierũt: cogitatiões mee dissi-

pate sunt torquentes cor meum.
Noctē verterūt in diē: et rursum
post tenebras spero lucē. Si susti
nuero infernus domus mea est:
& in tenebris straui lectulū meū.
Putredini dixi. Pater meus es:
mater mea & soror mea vermib⁹.
Ubi est ergo nūc prestolatio mea
& patientia mea Tu es dñe deus
meus. ℣. Peccātem me quotidie &
nō me penitētē/timōr mortis cōtur
bat me Quia in inferno nulla est re
demptio miserere mei deus & salua
me. ℟. Deus in noīe tuo saluū me
fac: & in virtute tua libera me. Quia
in iferno nulla est redēptio: miserere
mei de⁹ & salua me. Le. vii
Qui mee cōsumptis carni-

bus adhesit os meū: et derelicta
sunt tantūmodo labia mea circa
dētes meos. Miseremini mei mi-
seremini mei saltē vos amici mei
quia manus dñi tetigit me Qua
re persequimini me sicut de⁹ ⁊ car
nib⁹ meis saturamini? Quis mi
chi tribuat vt scribant̄ sermones
mei? Quis michi det vt exarētur
i libro stilo ferreo aut plūbi lami-
na vel celte sculpantur in silice?
Scio enim q redēptor meus viuit:
⁊ in nouissimo die de terra surre-
cturus sum: ⁊ rursū circundabor
pelle mea: ⁊ in carne mea videbo
deum saluatorē meum. Quē vi-
surus sum ego ipse ⁊ oculi mei cō
specturi sunt ⁊ nō alius. Reposita

est hec spes mea in sinu meo. ℟.
Requiē eternā dona eis dñe: ⁊ lux
perpetua luceat eis. ℣. Qui lazarū
resuscitasti a monumento fetidū: tu
eis domine dona requiē. Et lux per
petua luceat eis. Lectio ir.
Quare de vulua eduxisti me
qui vtinā cōsumpt⁹ essem
ne oculus me videret. Fuissē qua
si non essem de vtero translat⁹ ad
tumulū. Nunquid nō paucitas
dier⁹ meor⁹ finiet̄ breui: Dimitte
ergo me dñe: vt plangā paululū
dolorē meum: anteq̄ vadā ⁊ non
reuertar ad terrā tenebrosā ⁊ op=
tam mortis caligine. Terrā mise
rie ⁊ tenebrarū: vbi vmbra mor=
tis ⁊ nullus ordo sed sempitern⁹

horror inhabitãs. ℟. Libera me dñe de morte eterna i die illa tremẽda. Quãdo celi mouendi sunt & terra. Dum veneris iudicare seculum per ignẽ. ℣. Dies illa dies ire calamitatis & miserie dies magna et amara valde Quãdo celi mouẽdi sũt & terra. ℣. Quid ergo miserrimus quid dicam vel quid faciã dũ nil boni perferã ãte tãtũ iudicẽ. Dũ veneris iudicare sclm per ignẽ. ℣. Nunc christe te petim⁹ miserere q̃s qui venisti redimere perditos: noli dãnare redẽptos. Dũ veneris iudicare scl̃z per ignẽ. ℟. Libera me dñe de pẽis inferni. Qui portas ereas 2fregisti & visitasti infernum & dedisti eis lumen: vt viderẽt te qui erãt in penis

tenebrarū. ℣. Clamātes ℟ dicentes aduenisti redēptor noster. Qui portas ereas cōfregisti ℟ visitasti infernum ℟ dedisti eis lumē vt viderēt te qui erāt in penis tenebrarū. Requiescāt in pace. Amē. Añ. Exultabūt ꝑs. Miserere mei deus. vtꝫ. in septē psalmis. Añ. Exultabūt dño ossa humiliata. Añ. Exaudi. ꝑs.

TE decet hymnus deus in syon: ℟ tibi reddet votum in hierusalē. Exaudi deꝰ orationē meā: ad te omnis caro veniet. ℣ erba iniquorū prevaluerunt sup nos: ℟ impietatibꝰ nostris tu propiciaberis. Beatꝰ quē elegisti et assūpsisti: inhabitabit in atriis tuis ℟ eplebimur in bonis

domus tue sãctũ est templũ tuũ
mirabile in eqtate. Exaudi nos
de⁹ salutaris noster: spes omniũ
finiũ terre ⁊ in mari longe. Qui
parãs mõtes i virtute tua: accin-
ctus potentia qui cõturbas pfun
dum maris: sonum fluctuũ eius
Turbabũtur gentes ⁊ timebũt
qui habitãt terminos a signis tu
is: exitus matutini ⁊ vespere dele
ctabis. Visitasti terrã ⁊ inebria
sti eam: multiplicasti locupletare
eam. Flumẽ dei repletũ est aqs
parasti cibũ illorũ/ quoniã ita est
preparatio eius. Riuos eius in
ebrians multiplica genimina ei⁹
in stillicidijs eius letabit germi-
nãs. Benedices corone anni be-

nignitatis tue: ⁊ campi tui reple-
būtur vbertate. Pinguescēt spe-
ciosa deserti: ⁊ exultatione colles
accingentur. Induti sunt arie-
tes ouiū ⁊ valles abūdabunt fru
mēto: clamabūt etenim hymnū
dicent. Requiē. Añ. Exaudi do-
mine orationē meā: ad te omnis ca-
ro veniet. Añ. Me suscepit. ps.
Deus deus meus: ad te. vtš. in
laudibus. Añ. Me suscepit dextera
tua domine. Añ. A porta. ps.
Ego dixi in dimidio dieruz
meorū: vadā ad portas in
feri Quesiui residuū ānoz meo
rū dixi nō videbo dñm deū in ter
ra viuentiū Non aspiciā hoiem
vltra: ⁊ habitatorē quietis. Gene-

ratio mea ablata est ꝛ conuoluta
est a me: quasi tabernaculum pa
storũ. Precisa est velut a texente
vita mea dũ adhuc ordirer succi-
dit me: de mane vsq; ad vesperã fi
nies me Sperabãvsq; ad mane
quasi leo sic contriuit omnia ossa
mea. De mane vsq; ad vesperã
finies me sicut pullus hyrũdinis
sic clamabo meditabor vt colũba
Attenuati sũt oculi mei: suspici
entes in excelso Dñe vim patior.
respõde pro me: quid dicã aut qd
respõdebit michi cũ ipse fecerim.
Recogitabo tibi oẽs annos me-
os: in amaritudie aie mee. Dñe
si sic viuit et in talibus vita spirit
s mei correpies me et viuificabis

me : ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu aũt eruisti animam meã vt non periret: piecisti post tergum tuũ oĩa peccata mea Quia nõ infernꝰ cõfitebitur tibi neq; mors laudabit te: non expectabũt q̃ descendũt in lacũ veritatẽ tuã. Viuens viuẽs ipse cõfitebitur tibi sicut & ego hodie: pater filijs notã facit veritatem tuam. Dñe saluum me fac & psalmos nostros cãtabimꝰ cũctis diebꝰ vite nostre in domo dñi. Requiẽ. Añ. A porta iferi erue dñe animas eorum. Añ. Omnis spiritus. ℣s. Laudate dñm de ce. vtꝫ. in laudibus. Añ. Omnis spiritꝰ laudet dñm. ℣ꝰ. Requiẽ eternã. ℟. Et lux

perpetua. Añ. Ego sum. ps.

Benedictus dñs deꝰ israel: q̃a visitauit ⁊ fecit redēptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutꝰ est per os sanctorū q̃ a seculo sunt prophetarū eiꝰ. Salutē ex inimicis nostris: ⁊ de manu oīm qui oderunt nos Ad faciēdā mīam cū patribus nr̄is: ⁊ memorari testamenti sui sancti. Iusiurandū qđ iurauit ad abrahā patrē nostrū: daturū se nobis. Ut sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati: seruiamus illi. In sanctitate ⁊ iusticia corā ipso: oībꝰ diebꝰ nostris Et tu puer ꝓpheta altissimi vo-

caberis: prebis enī ante faciē dñi
parare vias ei⁹ Ad dandā scien
tiā salutis plebi eius: in remissio
nē pctōz eoz̄ū. Per viscera mise-
ricordie dei nostri: i qb⁹ visitauit
nos oriens ex alto. Illuminare
his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mor
tis sedent: ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Requiē.
añ. Ego sum resurrectio ⁊ vita qui
credit in me etiā si mortu⁹ fuerit vi-
uet. ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit in me
non morietur in eternum. Kyrie-
leyson. Christeleysō. Kyrieley
son. Pater noster. Psalmus.
Exaltabo te dñe qm̄ exaudi
sti me: nec delectasti inimi
cos meos sup me. O dñe de⁹ meus

clamaui ad te: ⁊ sanasti me Do
mine eduxisti ab inferno aiaz meã
saluasti me a descẽdẽtibꝫ in lacũ.
Psallite dño sctĩ eius: ⁊ confitemi=
ni mẽoꝛie sãctitatis eiꝫ. Q ñ ira
in indignatiõe eiꝫ: ⁊ vita in volũ=
tate eius. Ad vespeꝛ demoꝛabi=
tur fletus: ⁊ ad matutinũ leticia.
Ego aũt dixi in abũdãtia mea:
nõ moueboꝛ in eternũ. Dñe in
volũtate tua: pstitisti decoꝛi meo
virtutẽ. Auertisti faciẽ tuam a
me: ⁊ factꝫ sũ cturbatus. Ad te
dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ depꝛ=
caboꝛ. Q uevtilitas in sanguine
meo: dũ descendo in coꝛruptionẽ
Nũqd confitebit tibi puluis: aut
annũciabit veritatẽ tuã. Audi=

uit dñs ⁊ miserꝰ est mei: dñs factus est adiutor meus. Conuertisti planctū meū in gaudiū michi cōcidisti saccū meū et circūdedisti me leticia. Et cantet tibi gloria mea ⁊ nō cōpungar: dñe deꝰ meꝰ in eternū confitebor tibi. ℣. Requiē eternā dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorum. ℣. Credo videre bona dñi. ℟. In terra viuentiū. Dñe exaudi. Et cla. Oremus.

DEus cui proprium est miserei semp ⁊ parcere ppitiare aiabus famulorū famularūq; tuarū/⁊ oia eorū peccata dimitte vt mortis vinculis absoluti trāsire mereant ad vitā. Qui viuis.

O Mnipotēs sempiterue deꝰ cui nūq̄ sine spe misericordie supplicat̄: ꝓpiciare anime famuli tui vel famule tue N. vt qui de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctorū tuorū numero facias aggregari.

DEus cuiꝰ misericordie nō est nūerus suscipe pro aīabus famulorū tuorum pontificū preces nostras ⁊ lucis eis leticieq; regionem in sanctorum tuorum societate concede. Per.

INclina dn̄e aurem tuā ad preces nostras q̄bꝰ mīam tuā supplices deprecamur vt animas famulorū famularūq; tuarum quas de hoc seculo migrare

fulsisti: in pacis ac lucis regiõe cõ
stituas: ꝛ sanctorum tuorum iu-
beas esse consortes. Per.

ANimab⁹ qs dñe oĩm fide
liũ defunctor oro pficiat
supplicãtiũ: vt eas ꝛ a peccatis oi
b⁹ exuas: ꝛ tue redẽptiõis facias
esse participes. Qui cũ deo patre.
ꝛc. Requiescant in pace. Amen.
¶ In ferijs inter festũ aiar ꝛ pas

VOce mea ad dñm clama-
ui: voce mea ad dñm de-
precat⁹ sum. Effundo in conspe
ctu eius orõem meã: ꝛ tribulatio
nẽ meã ante ipsũ pronũcio. In
deficiẽdo ex me spiritũ meũ: et tu
cognouisti sẽitas meas. In via
hac qua ãbulabã: absconderunt

superbi laqueũ michi. Conside
rabam ad dexterã ⁊ videbã: ⁊ nõ
erat qui cognosceret me. Periit
fuga a me: ⁊ nõ est q̃ requirat ani
mã meã. Clamaui ad te dñe di=
xi tu es spes mea: portio mea ĩ ter
ra viuentiũ. Intende ad depre=
cationẽ meã: quia humiliatus sũ
nimis. Libera me a persequẽti=
bꝰ me: q̃a cõfortati sũt super me.
Educ de custodia aĩam meã ad
ꝯfitẽdũ nomini tuo: me expectãt
iusti donec retribuas michi.

Sancte ⁊ indiuidue trinita
ti iesu xp̃i crucifixi huma=
nitati gloriose marie v̄gini sit sẽ=
piterna gloria ab oĩ creatura per
infinita scl̃oꝝ scl̃a. Benedictum

sit dulce nomẽ dñi nostri iesu chri
sti ⁊ gloriosissime virginis marie
matris eius in eternum ⁊ vltra.
Amen. Nos cum ple pia benedi-
cat virgo maria. Mundi saluato-
r sit nobis auxiliator Et aie om
nium fideliũ defunctor per mise
ricordiã dei i pace requiescãt. Amẽ.
Da veniã cũctis deus hic ⁊ vbi-
q; sepultis. Ut sint in requie pro-
pter tua vulnera quinq;. Amen.
Sit laus deo patri viuis ⁊ requi-
es defunctis. Amen.
¶ Incipit cõmendatio animarũ
Beati immaculati in via: q
ambulant in lege dñi Be
ati qui scrutant testimonia eius:
in toto corde exquirũt eum. Nõ

eni qui operãt iniquitatẽ: in vijs
eius ambulauerunt. Tu man-
dasti: mandata tua custodiri ni-
mis. Vtinã dirigãt vie mee: ad
custodiẽdas iustificationes tuas
Tunc nõ ꝯfundar: cũ plperexero
in oibus mãdatis tuis. Confite
bor tibi in directione cordis: in eo
q̃ didici iudicia iusticie tue. Iu-
stificationes tuas custodiam: nõ
me derelinquas vlqzquaqz.

In quo corrigit adolescẽti-
or viã suam: in custodiẽdo
sermones tuos. In toto corde
meo exquisiui te: ne repellas me
a mandatis tuis. In corde meo
ablcõdi eloquia tua: vt nõ pecẽ
tibi Benedictus es dñe: doce me

iustificationes tuas. In labijs meis pronũciaui: oia iudicia oris tui. In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in omnib⁹ diuitijs. In mãdatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas. In iustificationib⁹ tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo viuifica me: & custodiã sermões tuos. Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: nõ abscondas a me mãdata tua. Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificationes tuas: in oĩ tpe. Increpasti superbos: maledicti q̃ declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me

opprobriū ⁊ cōtēptū: q̄a testionia
tua exq̄siui. Etenī sederūt prin=
cipes ⁊ aduersū me loquebāt̄: ser
uus aūt tuꝰ exercebatur in iustifi
cationibꝰ tuis. Nā ⁊ testimonia
tua meditatio mea est: ⁊ consiliū
Ameū iustificationes tue.
Adhesit pauimēto aīa mea
viuifica me scd̄m verbū tuū Vi=
as meas ānūciaui ⁊ exaudisti me
doce me iustificatiōes tuas Viā
iustificationū tuaꝝ instrue me: ⁊
exercebor ī mirabilibꝰ tuis Dor
mitauit aīa mea pre tedio: confir
ma me in verbis tuis. Viā ini q̄
tatis amoue a me: et de lege tua
miserere mei. Viā veritatis ele=
gi: iudicia tua nō sū oblitꝰ. Ad=

heli testimonijs tuis dñe: noli me
confundere. Uiã mãdatoꝝ tuo
rũ cucurri: cũ dilatasti coꝛ meum
Legem pone michi dñe viã
iustificationũ tuarum: et
exquirã eam semper. Da michi
intellectũ & scrutaboꝛ legẽ tuam:
& custodiã illã in toto coꝛde meo.
Deduc me in semita mãdatoꝝũ
tuoꝝum: quia ipsam volui. In-
clina coꝛ meũ in testimonia tua:
& nõ in auariciã. Auerte oculos
meos ne videant vanitatẽ: in via
tua vivifica me. Statue seruo
tuo eloquiũ tuum: in timoꝛe tuo
Amputa oppꝛobꝛiũ meũ quod
suspicatus sum quia iudicia tua
iocunda. Ecce ꝛcupiui mãdata

tua: in equitate tua viuifica me.
ET veniat sup me mīa tua
dñe: salutare tuū scd̄m elo
quiū tuū. Et respondebo expro
brātib⁹ michi verbū: q̄a speraui ī
sermonib⁹ tuis. Et ne auferas
de ore meo verbum veritatis vsq̄
quaq̄: q̄a in iudicijs tuis supspe-
raui. Et custodiā legē tuā semp
in scl̄m: ⁊ in scl̄m seculi. Et am-
bulabā in latitudine: q̄a manda
ta tua exquisiui Et loquebar de
testimonijs tuis in ꝯspectu regū
⁊ non confundebar. Et medita
bar in mandatis tuis que dilexi.
Et leuaui man⁹ meas ad man-
data tua que dilexi: et exercebor ī
iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo
tuo: in quo mihi spē dedi
sti. Hec me solata est in hūilita
te mea: quia eloquiū tuū viuifica
uit me. Superbi inique agebāt vs
q̄quaq̄: a lege aūt tua nō declina-
ui Memor fui iudiciorū tuorū a se
culo dñe: & cōsolatus sū. Defectio
tenuit me p̄ peccatōribus derelinquēti
bus legē tuā Cātabiles mihi erāt
iustificationes tue: in loco peregri-
nationis mee. Memor fui nocte
nominis tui dñe: & custodiui legē
tuam. Hec facta est mihi: quia
iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea dñe: dixi custo
dire legē tuā. Deprecatus
sum faciē tuā in toto corde meo:

miserere mei scdm eloquiū tuum
Cogitauibias meas & conuerti
pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sū & nō sū turbat⁹: vt
custodiā mandata tua. Hunes
pctōꝝ circūplexi sūt me: et legem
tuā nō sū oblitus. Media nocte
surgebā ad cfitendū tibi: sup iu-
dicia iustificationis tue. Partic-
ceps ego sū oim timentiū te: & cu-
stodientiū mādata tua. Miseri-
cordia tua dñe plena est terra: iu-
stificationes tuas doce me
Bonitatē fecisti cū seruo tuo
dñe: scdm verbū tuum. Bonita
tem & disciplinā & sciētiā doce me
qa in mādatis tuis credidi. Pri-
usq̄ hūiliarer ego delicq̄: ppterea

eloquiū tuū custodiui. Bon⁹ es
tu ⁊ in bonitate tua doce me iusti
ficatiōes tuas. Multiplicata est
sup me iniq̄tas supboꝝ: ego aūt
in toto coꝛde scrutaboꝛ mandata
tua. Coagulatū est sicut lac coꝛ
eoꝛum: ego vero legē tuā medita
tus sum. Bonū michi q̄a humi
liasti me: vt discā iustificationes
tuas. Bonum michi lex oꝛis tui
super milia auri ⁊ argenti.

Man⁹ tue fecerūt me ⁊ plas
mauerūt me: da michi in
tellectum vt discam mādata tua
Qui timēt te videbūt me ⁊ leta-
būt: q̄a in verba tua supsperaui.
Cognoui dn̄e q̄a eq̄tas iudicia
tua: et in veritate tua humiliasti

me. Fiat mia tua vt cõsolet̃ me:
scõm eloquiũ tuũ seruo tuo. Ue
niãt mihi miserationes tue & viuã
qa lex tua meditatio mea est Q õ
fundant̃ superbi qa iniuste iniqtatẽ
fecerunt in me: ego aũt exercebor
in mãdatis tuis. Q õuertant̃ mi
chi timẽtes te: & q nouerunt testi-
monia tua. Fiat cor meũ imа-
culatũ in iustificationib⁹ tuis: vt
Defecit in sa- (nõ ꝛfundar
lutare tuũ aia mea: & iver
bum tuũ superspерaui. Defece-
runt oculi mei in eloquiũ tuũ: di
cẽtes qñ ꝛsolaberis me Q uia fa
ctus sũ sicut vter in pꝛuina: iusti-
ficationes tuas non sum oblitus
Q uot sũt dies serui tui: quãdo

facies de persequentibus me iudi
cium. Narrauerũt michi iniqui
fabulationes: sed non vt lex tua.
Omia mãdata tua veritas: iniq̃ p
secuti sũt me adiuua me. Paulo
minꝰ cõsũmauerũt me in terra:
ego aũt nõ dereliq̃ mandata tua
Secõm miam tuam viuifica me
ꝫ custodiam testimonia oris tui.
In eternũ dñe: verbũ tuuz
permanet in celo. In gene
ratione ꝫ generationẽ veritas tua:
fũdasti terrã ꝫ permanet Ordina
tiõe tua perseverat dies: quoniã
omnia seruiunt tibi. Nisi q̃ lex
tua meditatio mea est: tunc forte
perissẽ in humilitate mea. In
eternũ nõ obliuiscar iustificatio=

nes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sū ego saluū me fac: qa iustificationes tuas exquisiui Me expectauerunt peccatores vt perderēt me: testimonia tua intelleri. Finis cōsūmationis vidi finē latum mandatum tuum nimis Quomodo dilexi legem tuam dñe: tota die meditatio mea est Super inimicos meos prudētē me fecisti mādato tuo qa in eternū michi es. Super oēs docētes me intellexi: qa testimonia tua meditatio mea est Super senes intellexi: qa mādata tua q̄siui. Ab oī via mala prohibui pedes meos: vt custodiā verba tua. A iudicijs tuis nō declinaui: qa

tu legē posuisti michi. Quā dul
cia faucib⁹ meis eloquia tua: sup
mel ori meo. A mādatis tuis in
tellexi: propterea odiui omnē vi-
am iniquitatis.

Lucerna pedib⁹ meis ver-
bum tuū: et lumē semitis
meis. Iuraui ⁊ statui: custodire
iudicia iusticie tue. Humiliatus
sū vsqꝫquaqꝫ dñe: viuifica me se-
cūdū verbū tuū. Volūtaria oris
mei beneplacita fac dñe: ⁊ iudicia
tua doce me. Anima mea ī ma-
nibus meis semp: ⁊ legē tuā non
sum oblitus. Posuerūt pctōres
laqueū michi: et de mādatis tuis
nō erraui. Hereditate acq̄siui te
stimonia tua in eternū: q̄a exulta

tio cordis mei sūt Inclinaui cor
meū ad faciēdas iustificatiōes tu
as in eternū ꝓpter retributionē.
Iniquos odio habui & legē
tuā dilexi. Adiutor et su=
sceptor meus es tu: & in verbū tu=
um supsperaui Declinate a me
maligni: & scrutabor mādata dei
mei. Suscipe me scdm eloquiū
tuū & viuā: & nō cōfundas me ab
expectatiōe mea. Adiuua me et
saluus ero: & meditabor in iustifi
cationib⁹ tuis semp. Spreuisti
oēs discedētes a iudicijs tuis: qa
iniusta cogitatio eorū. Preuari=
cātes reputaui oēs pctōres terre:
ideo dilexi testimonia tua. Con
fige timore tuo carnes meas: a iu

dicijs enim tuis timui.

Feci iudiciū ⁊ iusticiā: non tradas me calūpniantib⁹ me. Suscipe seruū tuū in bonū: nō calūnientur me superbi. Oculi mei defecerūt in salutare tuum: ⁊ in eloquiū iusticie tue. Fiat cum seruo tuo scōm mīam tuā: ⁊ iustificationes tuas doce me. Seru⁹ tuus sū ego da michi intellectū: vt sciā testimonia tua. Tēp⁹ faciendi dñe: dissipauerūt legē tuā. Ideo dilexi mādata tua: super aurū ⁊ topazion. Propterea ad oīa mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est

ea aīa mea. Declaratio sermonū tuoꝝ illūinat: ⁊ intellectū dat paruulis. Os meū apui ⁊ attraxi spīm qa mandata tua desidera bā. Aspice in me ⁊ miserere mei scōm iudiciū diligētiū nomē tuū Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum: ⁊ non dominetur mei oīs iniusticia. Redime me a calūnijs hominū: vt custodiam mādata tua. Faciē tuā illumia super seruū tuū: ⁊ doce me iustificationes tuas. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es dñe: ⁊ rectū iudiciū tuū. Mādasti iusticiā testimonia tua: ⁊ veritatē tuā ni-

mis. Tabescere me fecit zelꝰ me-
us qꝛa obliti sūt verba tua inimi-
ci mei. Ignitū eloquiū tuū vehe
menter: & seruus tuꝰ dilexit illud
Adolescētulus sū ego & cōtēptꝰ
iustificatiōes tuas nō sum oblitꝰ
Iustitia tua iustitia i eternū: et
lex tua veritas Tribulatio & an
gustia inuenerūt me: mādata tua
meditatio mea est. Equitas te-
stimonia tua in eternum: intelle
ctum da michi & viuam.

Clamaui i toto coꝛde meo
exaudi me dñe: iustificatio
nes tuas reqꝛrā. Clamaui ad te
saluū me fac: vt custodiā manda
ta tua. Pꝛeueni in maturitate &
clamaui: qꝛa in verba tua supspe-

raui Preuenerũt oculi mei ad te
diluculo: vt meditarer eloq̃a tua
Vocẽ meã audi scd̃z mĩam tuã
dñe: et scd̃m iudiciũ tuũ viuifica
me Appropinquauerũt ꝑsequẽ
tes me iniquitati: a lege autẽ tua
longe facti sunt. Prope es tu do
mine: ⁊ oẽs vie tue veritas. Ini-
tio cognoui de testimonijs tuis:
quia in eternum fundasti ea.
Vide humilitatẽ meã ⁊ eri
pe me: q̃a legẽ tuã non sũ
oblitus. Iudica iudiciũ meũ et
redime me: ꝓpter eloquiũ tuũ vi-
uifica me Lõge a pctõrib⁹ salus
q̃a iustificationes tuas nõ exq̃sie-
rũt. Misericordie tue multe dñe
scd̃m iudicium tuum viuifica me

Multi q̄ persequunt me ⁊ tribu
lant me: a testimonijs tuis nō de
clinaui. Uidi p̄uaricātes ⁊ ta-
bescebā: q̄a eloq̄a tua nō custodie
runt Uide q̄m mādata tua dile
xi domīe: in mīa tua viuifica me.
Principiū verboꝝ tuoꝝ veritas:
in eternū oīa iudicia iusticie tue.
Principes persecuti sunt me
gratis: ⁊ a verbis tuis formi-
dauit cor meū. Letabor ego
super eloquia tua: sicut qui inue-
nit spolia multa. Iniquitatem
odio habui ⁊ abominat⁹ sū: legē
autē tuam dilexi Septies in die
laudē dixi tibi: super iudicia iusti
cie tue Pax multa diligentibus
legē tuā: ⁊ nō est illis scandalum

Expectabã salutare tuũ dñe: et
mãdata tua dilexi. Custodiuit
aia mea testimonia tua: & dilexit
eavehemẽter. Seruaui manda
ta tua & testimonia tua: quia om
nesvie mee in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio
mea in cõspectu tuo dñe:
iuxta eloquiũ tuũ da michi itelle
ctũ. Intret postulatio mea i cõ-
spectu tuo scdz eloquiũ tuũ eripe
me. Eructabũt labia mea hymnũ: cũ docueris me iustificatiões
tuas. Pronũciabit lingua mea
eloqũ tuũ: qa oia mãdata tua eq̃
tas Fiat manꝰ tua vt saluet me
qm̃ mãdata tua elegi. Cõcupi-
ui salutare tuũ dñe: & lex tua me-

ditatio mea est Viuet aīa mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que periit: quere seruū tuū dñe quia mandata tua nō sum oblit⁹ Requiem eternā dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. Kyrieleyſō. Xpeleyſō. Kyrieleyſō. Pr̄ nr̄.

Domine probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurrectionem meam. Intellexisti cogitatiōes meas de lōge: semitā meā ⁊ funiculum meū tuū estigasti. Et oēs vias meas prouidisti: quia nō est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti oīa nouissima ⁊ antiqua tu formasti me et posuisti:

super me manū tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cōfortata est & nō potero ad eā. Quo ibo a spū tuo: & quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero ad īfernū ades. Si sumpsero pēnas meas diluculo & habitauero ī extremis maris. Etenī illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitā tenebre conculcabūt me & nox illuminatio mea in delitijs meis. Quia tenebre nō obscurabunt a te & nox sicut dies illuminabit: sicut tenebre eius ita & lumē eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee Cōfitebor tibi qa

terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua: & aia mea cognoscet nimis. Non est occultatū os meū a te quod fecisti i occulto: & substātia mea i inferioribꝰ terre Imperfectū meū viderūt oculi tui & in libro tuo oēs scribētur: dies formabūt & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sūt amici tui deus: nimis confortatꝰ est principatus eorū. Dinumerabo eos & super arenā multiplicabuntur: exsurrexi & adhuc sum tecū. Si occideris deꝰ peccatores viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatiōe: accipiant in vanitate ciuitates tuas. Nonne qui oderunt te dñe ode-

ram: ⁊ super inimicos tuos tabe
scebam. Perfecto odio oderã il=
los: inimici facti sũt michi. Pro=
ba me deus ⁊ scito cor meũ: inter
roga me ⁊ cognosce semitas me=
as. Et vide si via iniquitatis in
me est: ⁊ deduc me in via eterna.
℣. Requiem eternam dona eis dñe
℟m. Et lux perpetua luceat eis. ℣.
A porta ĩferi. ℟. Erue dñe animas
eorũ. ℣. Credo videre bona dñi. ℟.
In terra viuentiũ. Dñe exaudi ora=
tionem meam. Et clamor meꝰ ad.

Tibi dñe commendamus
animam famuli tui N. ⁊
aĩas famulorꝫ famularũqꝫ tuarꝫ
vt defuncti seculo tibi viuant: ⁊ q̃
